

ſperāt ⁊ deſiderāt ſibi ſalutē. ps. Participē me fac de⁹ ⁊c. Ex parte autē ſua ſalutē eos apoſtolus dicens. Gratia do mini noſtri ⁊c. Ubi ſciēdum ē qd duplex eſt modus appro priandi aliquid diuinis perſonis. Unus ē eſſentialiter ali⁹ cauſaliter. Eſſentialr autē appropat diuinis perſonis ſicut patri potētia. qz ipſe ē potētia eſſentialiter in q̄tum ē prin cipium. Filio ſapiētia in q̄tum eſt verbū. Spiritui ſancto amor iquātuz ē bonitas. Dic vero apoſtolus nō appropat iſta hoc modo. ſ. per eſſentiā: qz ſic oīa appropariēnt ſpiri tui ſancto: ſed appropat p cāz. Et ideo cū gratia ſit donū quo dimittunt nobis peccata. Ro. 3. Juſtificati gratis ⁊c. Et remiſſio peccatorū ſit nobis facta p filiū q carnē noſtrā accipiens p peccatis nr̄is ſatiſfecit. Jo. i. Gratia ⁊ vitas ⁊c. Propter hoc apoſtolus attribuit grām xpo. Un̄ dicit. Gra tia domini noſtri ⁊c. Charitas autē eſt nobis neceſſaria: qz opz nos vniri deo. p̄ Jo. 4. Qui manet in charitate in deo manet ⁊c. Et qz hoc eſt a deo patre iquātuz ipſe ſic dilexit mundum vt filiū ſuū vnigenitū daret vt d̄ Jo. 3. Rom. 5. Cōmēdat autē deus ſuā charitatē. Ideo ſibi vt p̄ncipio iſtū charitatis attribuit charitatē cum dicit. Et charitas dei. ſ. patris. Cōmunicatio vero diuinorū ſit p ſp̄m ſanctuz qz ē diſtributor donoꝝ ſpiritualiū p̄ Coz. i. 2. Dec oīa operat vnus atqz idē ſpiritus. Et ideo ſpiritu ſancto attribuit cō municationē cum dicit. Et cōmunicatio ſpiri⁹ ſancti. Uel attribuit ſibi hoc. qz ipſe eſt cōmunis alyz duab⁹ perſonis. Sic ergo apoſtolus in ſalutatione ſua optat omnia neceſ ſaria cū dicit. Gr̄a dñi nr̄i ieſu xpi ⁊ charitas dei ⁊ cōicatio ſp̄s ſancti ſit ſemp cū oībz vobis Amē. ¶ Gr̄a chriſti q̄ iuſtificamur ⁊ ſaluamur. charitas dei p̄ris q̄ ſibi vnimur: ⁊ cōicatio ſp̄s ſcti diuina nobis dona diſtribuentis Amē. ¶ Explicite aurea expō ſuper ſcda epiſtola ad corinthios an gelici doctoris ſancti Thome de aquino ordinis p̄dicatoꝝ. ¶ Incipit mirabilis explanatio ſanctiſſimi doctoris Tho me de aquino ordinis p̄dicatoꝝ ſup epiſtolā ad Galathas ¶ Prologus.



Vetera nouis superuenientibus

⁹ ꝑꝛocietis. Leuitici. 26. Dec verba cō petunt preſenti epiſtole. In qua apoſtolus redarguit galathas q̄ in tantum ſeducti fue rūt a ꝑꝛeudo vt ſimul ſeruarēt legalia ⁊ euā gelium qd apoſtolus improperat eis in verbis ꝑꝛemiſſis dicens. Vetera nouis ſuperuenientibus ꝑꝛocietis. In quib⁹ verbis innuit dominus quadruplicem vetuſtatem. Prima vetuſtas eſt erroris: de qua. Eſa. 26. Uetus error abyt. ⁊ hec remota eſt ꝑ nouitateꝝ doctrine chriſti. Mar. primo. Que eſt hec noua doctrina. Secunda vetuſtas eſt figure de qua. Hebr̄eo. 8. Conſumabo ſuper domū dauid ⁊ ſuper iuda teſtamentum nouum: non ſecundū teſtamē tum qd feci patrib⁹ eorum. Ubi primo oſtendit primuz teſtamentum eſſe vetuſtum ⁊ hoc renouari ꝑ nouitateꝝ gratie ſeu veritatis preſentie chriſti. Jere. 31. Nouum faci et dominus ſuper terram ⁊c. Tertia eſt vetuſtas culpe de qua. ps. Quoniam tacui ꝑfitendo: ſcilicet peccata mea in ueterauerunt ⁊c. ⁊ hec renouatur ꝑ nouitatem iuſticie Romano. 6. In nouitate vite ambulemus ⁊c. Quarta eſt vetuſtas pene. Treſ. 3. Uetuiſtam fecit pellem meam: et hec renouabit ꝑ nouitateꝝ glie. de q̄ nouitate. Eſa. vlti. Ec ce ego creo celū nouū ⁊c. apoc. 21. Dixit q̄ ſedebat i throno Ecce noua facio omnia. CAP. I.



Rulus apoſtolus nō ab hominib⁹ neqꝑ ꝑ hominē: ſed ꝑ ieſum xpm ⁊ deum patrē q̄ ſuſcitauit eum a moꝝ tuis: ⁊ q̄ mecū ſunt oēs fratres ec-

cleſijs galatbie. Gratia vobis ⁊ ꝑꝛ a deo pa tre noſtro ⁊ domino ieſu xpo. qui dedit ſemet ipſum ꝑꝛ peccatis noſtris vt eriperet nos de preſenti ſeculo neqꝑ ſm volūtatē dei ⁊ ꝑꝛis nr̄i cui eſt gloria in ſecula ſeculoꝝ Amen.

¶ Scribit ergo apl⁹ galathis hāc epiſtolaz in qua oſtēdit qd veniēte grā noui teſtamēti d̄z ꝑꝛici vetus teſtamētum: ⁊ impleta veritate deſerat figura qd duab⁹. ſ. grā ⁊ verita te adeptis ꝑueniat ad veritates iuſticie ⁊ glorie. Acgrunē autē illa duo ſi obſeruātia legaliiū dimiſſa: obſeruātie euan gely xpi ſeruēter iſiſtam⁹. Ordo autē hui⁹ epiſtole ꝑꝛgnus ē vt poſt duas eplas ad Corinthios: in quaz ꝑꝛma agit de ſacramētis eccleſie: in ſcda de miniſtris hoꝝ ſacramētoꝝ neceſſarie ſequat eplā ad galathas: i qua agit de ceſſatiōe ſacramētoꝝ veteris teſtamēti. Diuiditur autē hec eplā in duas ꝑtes. in ſalutationē ⁊ eplarem narrationē ibi. (Mi roꝝ qz ⁊c.) In ſalutationē autē ꝑꝛimo ponit ꝑſona ſalutantis Scdo ponunt ꝑſone ſalutate ibi. (Ecceſijs galatbie ⁊c.) Tertio bonū optatū ibi. (Gr̄a vobis ⁊c.) Circa ꝑꝛimū ꝑꝛ mo ponit ꝑſona ſalutās ꝑꝛncipalr q̄ deſcribit ex noie ⁊ ex auctoritate. Ex noie qdē cū dicit. Paulus. qd ꝑꝛgruit humili tati ſue: qz iſerptat hūilis. Un̄ d̄ ꝑꝛme Loz. i. 5. Ego ſuz mi nimus apoſtoloꝝ ⁊c. Itē ꝑꝛgruit officio ſuo: qz ſm aliū mo duꝝ iſerptat os tube. in quo ſpecialiter ē officiū ꝑꝛedica tionis ſignificatū. Eſa. 58. Quasi tuba exalta voce tuā ⁊c. Ex auctoritate autē deſcribit cū d̄ (Apl⁹.) Ubi duo po nuntur. ſ. eius auctoritas ⁊ auctoritatis origo. Auctoritas qz apoſtolus q̄ miſſus. ¶ Sc̄iēdum ē autē qd apl⁹ in gbuſ dam epiſtolis ſcribit ſe ſeruū oſtēdēs nomē humilitatis vt in epiſtola ad romanos. In gbuſdā ꝑꝛo ſcribit ſe apoſto lum: oſtēdēs auctoritatē ſuā. Cuius rō eſt. qz romani ſupꝑ bi erant. ⁊ ideo apoſtolus vt iꝛducet eos ad humilitatē ſcri bit ſe ſeruū in exemplum humilitatis. Galathis vero qz ſtulti erant ⁊ ſuperbi vt frāgat eos nominat ſe apoſtolum. ⁊ ideo hic ponit auctoritatem ſuam. Originem autem au ctoritatis ſue deſcribit cū dicit. (Nō ab hominib⁹ ⁊c.) Et ꝑꝛmo remouet originē extimata. Scdo aſſignat veraz ibi. (Sed ꝑ ieſum xpm ⁊c.) Origo autē extimata erat qz itātū galatbe ſeducti erant a ꝑꝛeudo qd crederēt apoſtolum nō eſſe eiꝛsdē auctoritatis: qua aly apoſtoli erāt: qz nō fuit do ctus a xpo vel ꝑꝛuerſatus cū eo ſz eēt miſſus ab eis q̄ſi mi niſter eoz. Opinione ergo iſtā remouet cum dicit. Nō ab hominibus ⁊c. Quidā eniz mittebant a toto collegio apo ſtoloꝝ ⁊ diſcipuloꝝ. Et ideo oſtēdēs ſe nō eſſe ab eis miſ ſuz d̄c. (Nō ab hoib⁹.) Quidā. n. mittebāt ab aliq̄ aploꝝ ſp̄ali: ſicut paulus aliq̄ mittebat lucam ⁊ titū. Et iō oſtē dēs qd nec ſic miſſus ſit d̄c. (Neqꝑ ꝑ homines.) .i. ꝑ aliquē apoſtoloꝝ in ſpeciali: ſed ꝑ ſp̄m ſanctum qui dicit. Act. 13. Segregate mibi ⁊c. Lā autē originis huius veritatis vera eſt xps ieſus. Et iō dicit. (Sꝑ ꝑ ieſuz xꝑꝑ ⁊ deū ꝑꝛez.) Dec autem diſtictio cū dicit. ꝑꝛ ieſum xpm ⁊ deū ꝑꝛez ꝑōt ac cipi vel quātū ad ꝑſonā patris ⁊ ꝑſonam filij. Et tūc ali⁹ eſt in ꝑſona deus pater ⁊ alius ieſus xps. Ab vtroꝝ autē miſſus eſt beatus paulus ad ꝑꝛedicādum ⁊ a tota trinitate qz inſeparabilia ſunt opera trinitatis. Nō ſit autēꝝ mē tio de ꝑſona ſpiritus ſancti. qz cum ſit vnio ⁊ neꝑꝛꝑ duoꝝ rum: ꝑſoſitis ꝑſonis duabus. ſ. patris ⁊ filij: itelligit etiaz ſpiritus ſanctus. Uel ꝑōt ſumi diſtictio ꝑꝛedicta quātuz ad naturam aſſumptam. ſ. humanaz: qz ſm nām diuinam nō eſt diſtictio inter deuz patrē ⁊ ieſum chriſtum. Et tūc miſſus eſt paulus ꝑꝛ deum patrē ſicut ꝑꝛ auctoꝝem: ⁊ ꝑꝛ ieſum xpm ſicut ꝑꝛ miniſtruz. Roma. 15. Dico ieſum chriſtum miniſtrum fuiſſe ⁊c. Quia vero galatbe deroga bant apoſtolo qd nō fuiſſet cōuerſatus cū chriſto ſicut aly

Ad galathas

nec missus ab eo. Ideo in hoc specialiter magnificat se qz illi fuerunt missi per christum adhuc viuente in carne mortali. Ipse vero a christo iaz glorificato missus est. Ideo dicit. Qui. s. deus pater suscitauit eum. s. iesum christum in quatum hominem a mortuis. Quasi dicat. Apostolus suz no ab hominibus. s. collegio apostolorum: nec per homine. s. christum in mortali carne viuente: sed sum apostolus per christum iam suscitatum z glorificatum. Roma. 6. Christi resurgens a mortuis zc. Et quia presens vita significatur per sinistram: futura vero per dextram: iquantum ista est celestis z spiritualis illa vero temporalis. ideo petrus q vocatus fuit a christo adhuc in carne mortali posito ponitur i bulla pape i sinistra pte. paulus vo q vocat' fuit a xpo ia glorificato ponit in parte dextra.

Consequenter cuz dicit. (Et qui mecum sunt zc.) Ponunt persone adiuncte salutates: quas describit a dulci familiaritate: qz mecu sunt. s. ad solatium z adiutoriu. Prouer. 18. Frater q iuuatur a fratre zc. ps. Ecce qz bonu zc. Item ab inseparabili charitate cum dicit. Fratres. Jo. 13. In hoc cognoscent oes zc. Item ab vniuersalitate cuz dicit. Hec: qd ideo addit: qz isti forte erant intantum seducti q dicitu pauli non reputarent. Et ideo dicit. Omnes qui mecum sunt: vt ostendat eos testes esse veritatis sue: z facile itelligant se errare dum ab oibus reprehenduntur. z. Cor. 1. Sufficit illi q eiusmodi est obiurgatio hec que fit a pluribus zc. Personas aut salutatas ponit cu dicit. Ecclie galathie zc. Ubi sciendum q sicut in glo. tangitur. Brenus dux senonum olim congregato exercitu intrauit italiam: qua ptra sita venit in greciam ante tepus alexandri magni: vbi cuz essent aliqui de gente sua remanentes in vna parte grecie miscuerunt se grecis: vnde illa prouincia gallogrecia dicta est. Deinde illi galathe sunt appellati quasi albi. Et licet greci sint acuti ingeny: tñ illi galathe stulti erant z instabiles: z ad itelligenduz tardiores: sicut z indocilles galli: vñ originē traxerunt. Et io ifra dicit eis. O isensati galathe zc. Istis g scribit epistolā hāc. z isti sunt persone salute.

Consequenter cum dicit. (Gratiavobis zc.) Pōnit bona q eis optat. Et pmo ponit ipsa bona optata. Scdo ipsoz bonozū auctorem ibi. (A deo patre zc.) Bona autez que eis optat sunt duo in quibus omnia bona spiritualia includuntur. Primum est gratia: que est principuz vite spiritualis cui in glo. ascribitur remissio peccatorum que est primum i vita spūali. Nullus. n. pōt eē in vā vita spūali nisi pus moriaf pctō. z^m est pax q est getatio mentis in fine q in glo. dī eē reconciliatio ad deū: z sic dum optat principium z finē omnium bonozū spiritualium includit apostolus tanqz inter duo extrema desiderium omnis boni eis proueniendum. ps. Gratiā z gloriā dabit dominus. z. Cor. 1. vlt. Gratiā domini nostri zc. Bonozū autem ipsozū auctor est deus pater. z ideo dicit. A deo patre zc. Ubi primo ponitur bonozū causa. Secundo causandi modus ibi. (Qui dedit.) Tertio gratiaz actio pro ipsis bonis ibi. (Cui est honoz zc.) Causa autez z auctoritas bonozū est deus pater tanqz actor iquantum deus: z tota trinitas que dicitur deus omnium per creationem. Sap. 14. Tu autem pater gubernas zc. Et ideo dicit. A deo patre. Itēz actor est dñs iesus christus sicut minister. Et hoc inquatum homo. Roma. 15. Dico iesuz christum ministrum zc. Et q per christū sit nobis gratia patet Jo. primo. Gratiā z veritas per iesuz christuz facta est. Et Ro. 5. Iustificati gratis zc. Pax etiā est nobis per ipsum. Jo. 14. Pacem meā do vobis zc. Modus autem causandi hō bona ponitur cum dicit. Qui tradidit zc. Ubi primo ponitur causa efficiens que est mors christi. Et quatum ad hoc dicit. Qui dedit semetipsum zc. Quasi dicat. Ideo christus est auctor gratie z pacis: qz ipsi

morti dedit se z sustinuit crucem. vnde ipsa mors christi ē causa efficiens gratie. Ro. 5. Iustificati gratis zc. Et Col. primo. Pacificans que in celis zc. Et dicit primo. Qui dedit zc. idest sponte se obtulit. Ephe. 5. Dilexit nos christus z tradidit zc. Heb. 2. Pro omnibus nobis gustaret mortē Tyt. 2. Qui dedit semetipsum zc. Ex quo manifeste apostolus arguit contra eos q si mors christi est sufficiens causa salutis nostre. z in sacramentis noui testamenti que efficaciam habent ex passione christi conferuntur gratia: q superfluum est simul cum nouo testamēto seruari legalia: in qbus gratia nō conferuntur: nec salus acquiritur: qz nemines ad perfectum adduxit lex vt dicitur Heb. 7. Secundo ponitur finis z vtilitas ipsozū bonozū que est causa finalis: z est duplex. Unus est vt liberemur a peccatis preteritis: z quantum ad hoc dicit. Pro peccatis nostris: scilicet preteritis delendis z expiandis qd est initium nostre saluationis. Apocal. primo. Dilexit nos zc. Alius finis est vt liberaret nos a potestate mortis: z quantum ad hoc dicit. Ut eriperet nos de presenti zc. Col. primo. Eripuit nos a potestate zc. Et ponit tria: scilicet vt eriperet inquit de presenti z seculo: z neqz. Ut eriperet trahendo nos ad eterna per desiderium z spem. De seculo. idest de conformitate huius mundi qui nos allicit vt non ei conformemur. Romanoz. 12. Nolite conformari huic seculo zc. Neqz rediens nos ad veritatem iusticie. Et dicitur seculum nequā non propter sui naturam: cum bonum sit creatum a deo: sed propter mala que in eo fiunt. sicut illud Ephe. 5. Dies mali sunt zc. Et Hei. 4. 7. dixit iacob. Dies peregrinatiois vite mee. 130. annozū sunt parui z mali zc. Et licet hec sint nobis per christum: non tamen excluditur deus pater. Et ideo ponitur tertio acceptatio diuine voluntatis. Unde dicit fm voluntatem dei z patris. Patris inqz christi per naturam qua ab eterno procedit vt verbum. ps. Ego hodie genui te. Joan. primo. In principio erat verbum zc. Item patris nostri per adoptionem. Jo. primo. Dedit eis potestatem zc. Primo modo ly deus pater accipitur pro sola persona patris. Secundo modo pro tota trinitate. Et quia a deo patre nostro: scilicet a tota trinitate: hec omnia proueniunt nobis per christum. Ideo ipsi. s. toti trinitati gloria in se: honoz alyz sit vel est in secula seculozū. idest semper. Amen est nota confirmationis. Habes ergo in summa in salutatione predicta auctoritatem apostoli qua eorum superbiam frangit. Virtutem gratie qua eos ad obseruantiam euangely prouocat: z insufficiēciam legaliaz vt ab eis eos reuocet.

Lectio.

II.

Mproz q sic taz cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam christi in aliud euangelium qd nō est aliud nisi sunt aliqui qui vos conturbant: z volunt conuerrere euangelium christi. Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis preterqz qd euangelizauimus vobis anathema sit Sicut prediximus z nunc iterum dico si quis vobis euangelizauerit preter id qd accepistis anathema sit. Adodo eniz hominibus suadeo an deo: An quero hominib' placere: si adhuc hoibus placere: christi seruus nō essem.

CIn superioribus pcessit saluatio: sequitur in sequentib' epistolaris narratio. In qua arguit apls eoz erroz. Secundo monet eos ad correctionē. s' cap. ibi. (State ergo zc.) Errorem autem eozū arguit dupliciter: z per auctorita-

origo galath

tem euangelici documenti: et per rationem veteris testamenti
 3^o cap: ibi. (Oisensati etc.) Arguit autem errores ipsorum ostē-
 dendo auctoritate euangelice doctrine. Primo ostendē-
 do ipsorum leuitatem quātum ad leuem dimissionem euange-
 lice doctrine. Secūdo cōmendando auctoritatem ipsius do-
 ctrine euangelice: vt sic quāto dignius est quōd dimittunt: tā-
 to eorum error appareat maior ibi. (Notum enim vobis fa-
 cio etc.) Circa p̄mū duo facit. Primo enim exaggerat cul-
 pam. Secūdo infligit penam ibi. (Sed licet nos etc.) Culpā
 autem exaggerat et seductorum et seducentium ibi. (Nisi sint etc.)
 Circa p̄mū tria facit. Primo enim aggrauat culpam se-
 ductorum ex animi leuitate. Unde dicit. miror. Quasi di-
 cat. cum sciatis tot bona que dicta sunt puenire vobis per
 christum: et quod cum fueritis ita bene instructi per me: tamē
 sic. i. intantum et tam vehementer vt videamini iam obli-
 ti tam cito. i. in tam breui tēpore transferimini: vt alludat
 nomini. Halathia enī translatio dicitur. quasi dicat. Vos
 estis galathe: quia tā cito trāsserimini. Ecclesiastici. 19. Qui
 cito credit leuis est corde. Secūdo aggrauat eorum culpā
 ex eo quod dimiserunt. Si enī ratio recedit et trāssertur
 a malo cōmēdabilis est et bñ facit: s3 quando recedit a bo-
 no tunc est culpabilis. Et sic isti a bono translati erant. Et
 ideo dicit eis. Et si mirandus sit quod tam cito: et sic transferi-
 mini: addit tamē materiā admiratiōis quod trāsserimini ab
 eo. s. a deo et a fide eius qui vos vocauit in gratiā christi. i.
 in participationē eterni boni quāz habemus per christum.
 p̄ma. Pet. 2. Gratias agētes deo qui vos vocauit in ammi-
 rabile lumē suū. Itē. 2^a. Pet. 2. Melius erat eis viāz ve-
 ritatis nō agnoscere quā etc. Secūdo aggrauat eorum culpā
 ex eo ad quod conuersi sunt: quia non sunt conuersi ad bo-
 num sed ad malum. Unde dicit. In aliud euāgelium. i. ve-
 teris legis que annūciatio bona est in quibus annūciat que-
 dā bona. s. temporalia et carnalia. Ita. p̄mo Si volueritis
 et audieritis me etc. Sed tamē nō est p̄fecta et simplr sicut
 euāgelium: quia nō annūciat p̄fecta et maxima bona: sed
 parua et minima. Sed lex noua est perfecte et simpliciter
 euāgelium. i. bona annūciatio: quā annūciat maxia bona. s.
 celestia spiritualia et eterna. Et licet sit aliud euāgelium
 s̄m traditionē pseudo: tamē s̄m meā predicationē nō. Est
 enī aliud in p̄missis sed nō est aliud in figura: quia idem
 continetur in veteri testamēto et in nouo. In veteri quidē
 vt in figura: in nouo vero vt in re et expresse. Et sic est aliud
 euāgelium quātum ad ea que exterius apparent: sed quātum
 ad ea que interiorius sunt et continentur nō est aliud: licet au-
 tem nō sit aliud in se tamē potest eē aliud ex culpa aliorū:
 s3 seducentium. Et ideo eorum culpam exaggerās dicit. Ni-
 si sint aliqui. s. seductores qui vos cōturbant. i. puritatem
 sensus vestri: qua imbuti fuistis p̄ fidei veritatē obfuscāt:
 quā licet idem cōtineatur quātum ad interiorē intellectus per
 veteris et nouis testamētis: vt dictus est: tamē si post susce-
 ptionem noui testamēti reiterat veteris. videtur ostendi quod
 nouū nō sit perfectus et quod illud sit aliud ab isto. Et ideo di-
 cit. Quod non est aliud nisi sunt etc. quia isti pseudo post fi-
 dei euāgelice susceptionē cogebant eos circūcidi. ostēden-
 tes per hoc quod circūcisio est aliquid aliud quā baptismus: et
 efficit aliquid quod baptismus nō potest efficere: et ideo isti
 cōturbāt vos. ifra. 5. Utinam abscondant qui vos contur-
 bāt etc. Et vere cōturbant: quia volunt cōuertere euange-
 lium christi. i. veritatem euāgelice doctrine in figurā legis
 quod est absurdus et turbatio maxima. In illud enī debz
 aliquid cōverti ad quod ordinatur. Nouis autē testamē-
 tus et euāgelium christi nō ordinatur ad veteris s3 potius ecō-
 uerso lex veteris ordinatur ad legē nouā sicut figura ad ve-
 ritatē. Et ideo figura cōverti debz ad veritatē: et lex veteris in
 euāgelium christi: nō autē veritas in figurā neqz euāgelium

christi in legē veterē: quod p̄ ex ipso vsu loquēdi. Nō enī
 dicimus quod homo sit similis imagini hoīs: s3 potius ecōuer-
 so imago est s̄ctis homini. Jere. 15. Ipsi uertētur ad te etc.
 et Leuit. 26. Nouis supueniētibus etc.
 Cōsequēter post exaggerationē culpe pōitur infliccio pe-
 ne euz dicit. (S3 licet etc.) Et circa hoc duo facit. Primo
 promulgat s̄ctiam. Secūdo rōnē sentētie assignat ibi. (Mo-
 do enim hominibus etc.) Circa p̄mū duo facit. Primo
 ostēdit auctoritatē sue sentētie. Secūdo profert eam ibi.
 (Sicut p̄dixi etc.) Ostēdit autē auctoritatē sue sentētie
 multas eē quod nō solū i pueriores et in seductores subditos:
 s3 etiā in pares: sicut sunt alij apostoli: et in superiores: sicut
 sunt angeli: si huius criminis. s. cōuersiōis euāgelij in vete-
 rē legē rei eēt efficaciaz haberet. Et iō dicit. Quia nostre
 s̄ctie auctoritas: quāz ego promulgo: que ē excōmunicatio
 nō solum in illos qui talia itēdūt efficaciaz h3 s3 licz nos. s.
 apostoli aut angelus bonus vel malus de celo veniēs euā-
 gelicet p̄ter quod euāgelicatus ē a nobis: anathema sit
 .i. reus erit huius s̄ctie quāz promulgamus. Ad euidētiā
 autē dictorum tria iquirere opz. Primo quid significat hoc
 nomē anathema. Circa quod sciendum est quod anathema ē
 nomē grecuz et componitur ab ana quod est sursum et the-
 sis positio quasi sursum positio. Et ē ortus ex quada anti-
 qua cōsuetudine. Antiqui enī quādo pugnabāt capiebant
 aliquādo aliquāz p̄dāz ab hostibus quā nolebāt cōuerte-
 re in vsuz p̄p̄riuz s3 suspēdebāt illas in tēplis vel in aliquo
 publico loco ciuitatis: quasi separatāz a cōmuni vsu homi-
 nū: et omne tale sic suspēsum nominabāt greci anathema:
 et ex hoc inoleuit cōsuetudo quod omne illud quod excludē-
 batur ab vsu cōmuni diceretur anathematizatus. Unde
 dicitur Josue. 6. de Jericho et omnia que in ea sunt. Quod Jo-
 sue mox anathematizauit ea. Et ideo et hoc in ecclia inole-
 uit vt illi qui excluduntur a cōmuni societate ecclie et a par-
 ticipatiōe sacramentorum ecclie dicantur anathematizati.
 Secūdo iquirēda ē ratio eorum quod dicit. (Licet nos aut
 angelus etc.) Ubi sciēdus est quod ē triplex doctrina. Prima
 est philosophorum: qui ex ductu rationis proprie in cogni-
 tiōe sue doctrine deuenerūt. Quedāz alia doctrina ē quod
 tradita per angelos sicut lex vetus. Lex enī nō est allata
 voluntate humana: sicut dicitur ad Galat. 3^o. S3 p̄ angelos
 in manu mediatoris: vt dicitur ifra. 3. Quedāz v̄o doctrina
 tradita ē a deo imediate: sicut doctrina euāgelij. Jo. p̄mo.
 Deum nemo vidit vnquā etc. Heb. p̄mo. Nouissime diebus
 istis locutus est nobis in filio. Et post. Que euz inituz ac-
 cepisset etc. doctrina ergo que traditur p̄ hominē p̄t mutari
 et reuocari p̄ alium hoīem qui melius nouit: sicut vn^o
 philosophus reprobat dicta alterius. Itē p̄ angelū qui p̄
 sp̄icacius videt v̄itatē. Doctrina et quod traditur p̄ angelum
 potz forte remoueri p̄ alium angeluz superiorē seu p̄ deuz.
 S3 cōtra que imediate a deo traditur nō p̄t neqz p̄ ho-
 minē neqz p̄ angelum irritari. Et iō si contingat quod homo
 vel angelus diceret cōtrariū illi quod p̄ deuz tradita ē dictus
 suus nō ē cōtra doctrinā vt p̄ hoc irritetur et repellatur s3
 potius doctrina ē cōtra euz: quia ipse qui dicit d3 excludit
 et repellit a cōmuniōe illius doctrine. Et iō dicit apostolus
 quod dignitas doctrine euāgelice quod ē imediate a deo tradita
 ē tāte dignitatis quod siue homo siue angelus euāgelicet ali-
 ud p̄ter id quod in ea euāgelicatu ē: ē anathema. i. abyciē-
 dus et repellendus ē. Tercio soluere opz obōnes quod circa
 hoc occurrūt. Quoz vna ē cū par in parē nō hēat impius.
 et multo magi nō hēat i superiorē: vt quod ap̄ls non potuit excō-
 care ap̄los quod erāt sibi pares et āgelos quod sūt superiores. Mat.
 ii. Qui minor ē in regno celoz maior ē illo. Nō ē ḡ anathe-
 ma p̄ hoc. Ad h̄ dōm ē quod ap̄ls ptulit hāc s̄ctiam nō p̄-
 p̄tia auctoritate s3 auctate euāgelice doctrine cui^o minister

Anathema qd
 sit

Ad galathas

erat: cuius doctrine auctoritas habet vt quicumq; cōtra il-
laz dicunt excludēdi ⁊ repellēdi sint. Jo. io. Sermo quē
locutus sum ille iudicabit eū in nouissimo die ⁊c. **C**Alia
questio est: qz ipse dicit p̄ter q̄ quod euangelizatus est. Er-
go nō debet aliquis docere neq; p̄dicare nisi quod scribit̄
in epistolis ⁊ in euangelio. S3 hoc est falsum: qz p̄^a Thess.
3^o. dicitur. Ut compleamus ea que desunt fidei nostre ⁊c.
CRūdeo dicēdum est qz nihil aliud euangelizanduz est
q̄ illud qd continetur in euāgelis ⁊ in epistolis et in sacra
scriptura implicite vel explicite. Nā sacra scriptura ⁊ euā-
gelium euangelizat eē credenduz christo explicite. Unde
quicqd cōtinet in eis implicite que faciūt ad doctrinā ei⁹
⁊ ad fidem christi euangelizari ⁊ doceri potest. Et iō cuz di-
cit. (P̄ter id ⁊c.) .i. oīno alienū addendo. Apoc. vlti. Si
quis apposuerit ad hec aut addiderit oīo alienuz apponat
deus sup illū plagas scriptas in libro isto. Et Deut. 4. Nō
addetis quicq; ⁊c. s. d̄niuz seu alienū nec minuetis ⁊c.

CLōsequēter cum dicit. (Sicut p̄dixi ⁊c.) S̄niam suaz
p̄fert in malo dicēs. Sicut p̄dixi de angelis ⁊ apostolis:
idēz dico de seductoribus: si quis seductor euāgelizauerit
p̄ter id qd accepistis a me: anathema sit. i. excoīcat⁹. Et
hec est snia quā p̄fert. **C**S3 nūquid ex hoc sunt excoīmu-
nicati omnes heretici videtur qz nō: qz dicit Tit. 3. Here-
ticū hoīem post p̄mā ⁊ sc̄bz correctionē deuota ⁊c. **C**Re-
spondeo. dicēdū est qz hereticus potest dici aliquis vel qz
simplr errat ex ignorātia: ⁊ ex hoc nō est excoīmunicatus.
Uel qz errat ex pertinacia ⁊ alios nititur puertere: ⁊ tunc
iurrit in canonē late snie. Utrū aut ex tūc his v̄bis sniam
in hereticos p̄tulerit dubiuz est. Lū tñ snia iam lata sit cō-
tra hereticos in cōcilis. Potest tamē dici qz forte hic ostē-
dunt excoīmunicatione digni.

CLōsequēter cuz dicit. (Nō enim hominibus ⁊c.) Q̄ndit
rōnem snie. Ubi p̄mo ponit rōnem ipsius snie. Sc̄do ma-
nifestat hic p̄positū ibi. (An quero ⁊c.) Posset enī aliquis
dicere. Quare sic excoīmunicas. Forte aliq sunt amici vel
alicuius auctoritatis. Nō ergo sic faciēdū est. Ideo respō-
dens apostolus dicit. Immo sic faciēdus est: qz ea que mo-
do dico nō sunt ad fauorē hoīum: s3 vt placeam deo: ⁊ hoc
est qd dicit. Nō enī. i. post cōuersionē. Uel in ista epistola.
Suadeo hoībus. i. tēdit ad hoc appetitus meus: vt placeā
hoīb⁹ an deo: Quasi dicat. Hec que facio ideo facio: vt cō-
placeam soli deo. p̄^a Thess. 2. Loquimur nō quasi hoībus
placētes: sed deo ⁊c. Nec etiam loquimur auctoritate ho-
minuz: s3 diuina. Qz autē nō itendam placere hominibus
p3 ex itētione ⁊ ex p̄posito meo. Nam ego nō quero homi-
nibus placere. i. nō est itētione mee hoīes puertere vt pla-
ceam hoībus tñ: sed p̄pter honorē dei. Et hoc p3: qz si ad-
huc itēderē placere hoībus vt olim placui: nō essem f̄uus
christi. Cuius rō est: qz hec sunt cōtraria. Ita duntaxat: vt
s. velim placere hominibus p̄pter hoīes nō referēdo illō
in deum. Si enīz ideo itēdam aliquando placere hoībus:
vt eos traham ad deuz nō pecco. S3 si p̄mo mō nō suz ser-
uus xpi. Esa. 28. Loangustatū est stratum: ita vt alter deci-
dat ⁊c. Mat. 6. Nemo pōt duob⁹ dñis seruire ⁊c. ps. Cōfusi
sunt q hoībus placēt.

CLectio. III.

Qrum enim vobis facio fratres euan-
gelium quod euangelizatum est a me:
quia non est s̄m hominem. Neq; enīz
ego ab homine accepi illud neq; didici
sed per reuelationem iesu christi. Audistis enīz
cōuersionem meam aliquando in iudaismo:
quoniam supra modū p̄sequebar ecclesiaz dei
⁊ expugnabam illam ⁊ proficiebam in iudaif-

mo supra multos coetaneos meos in gn̄e meo
abundantius emulatoz existes paternarū mearum
traditionum.

CSupra apostolus redarguit galathas de leuitate animi
eo qz sic cito dimiserāt doctrinaz euāgelis: hic vero ipsius
euāgelice doctrine dignitatē ostēdit. Et circa hoc duo fac.
Quia p̄mo cōmēdat auctoritatē doctrine euāgelice s̄m
seipsam. Sc̄do ex parte alioz apostolorū ⁊ sua simul. 2^o
caplo ibi. (Deide post ānos q̄ttuordecim ⁊c.) Iterum p̄i-
ma pars diuidit̄ in duas. qz p̄mo p̄ponit itētuz. Sc̄do ma-
nifestat p̄positum ibi. (Audistis enīz ⁊c.) Circa p̄mū duo
facit. P̄mo p̄ponit qd itēdit. Sc̄do p̄bat qd p̄ponit
ibi. (Neq; enim ⁊c.) Intēdēs ḡ cōmēdare vitatē euāge-
lice doctrine dicit. (Notū vobis ⁊c.) Quasi dicat. Ita suz
certus de auctoritate euāgelis qz nō solū hoībus: imo etiā
angelis cōtrariū nō crederē: s3 eos si cōtrary eēt anathe-
matizārē. Quam quidē certitudinē ex hoc habeo: qz ma-
gis credēdus est deo qz hoībus seu angelis. Et ideo cū ego
habuerim illud euangelium a deo maximam certitudinē
habere debeo ⁊ habeo. Et ideo dicit. Notum enim vobis
facio fr̄es euāgelis quod euāgelizatum est a me vobis
⁊ alys ecclis: qz nō s̄m hoīem. i. s̄m humanā nām discov-
dantē a regula seu reuelatione diuina. Et sic ly s̄m hoīem
sonat in vitium. p̄^a Cor. 3. Lum enim sit iter vos celus ⁊ cō-
tētio ⁊c. Et sic accipit hic apostolus. Et iō dicit. Nō s̄m ho-
minē docētē me v̄mittētē. Quasi dicat. Nullo modo po-
test hoc euangelium haberi ab hoīe: s3 a deo. Et ideo sub-
dit. Neq; enim ego ab hoīe ⁊c. Ubi duplicē modum acce-
ptionis excludit. P̄mo qz nō habuit ab hoīe auctoritatē
euāgelizandi: ⁊ q̄tū ad h̄ dic. Neq; ab hoīe. s. puro accepi il-
lud. i. auctoritatē euāgelizandi euāgelis: s3 a xpo. Ro.
io. Quomodo p̄dicabūt nisi mittant̄. Esa. 42^o. Dedi te in
lucem gētūz ⁊c. Act. 9. Uas electiōis ē mibi iste ⁊c. Sc̄do
qz nō accepit sciam euāgelizandi ab hoīe. Et iō dicit. Neq;
didici. s. euāgelis p̄ hoīem puruz: s3 p̄ reuelationē iesu chri-
sti. i. p̄ iesum xpm oīa clare ostendētē. p̄^a Cor. 2. Nobis au-
tē reuelauit d̄s ⁊c. Esa. 50. Dñs deus aperuit mibi aurē ⁊c.
Et ibidē. Domin⁹ dedit mibi linguā eruditaz: vt sciam ⁊c.
Hec autem reuelatio facta fuit apostolo cum raptus fuit
in paradysuz vbi audiuit archana verba que non licet ho-
mini loqui. 2^o Cor. 12^o.

CLōsequenter cum dicit. (Audistis enim ⁊c.) Probat p̄-
positum. s. qz non accepit ab homine euangelium neq; an-
te cōuersionē neq; post conuersionē ad christum ibi. (Lū
enim placuit ⁊c.) Qz autē nō acceperit ab homine ante cō-
uersionē suam ostēdit ⁊ p̄ odium qd habebat ad fidē xpi ⁊
⁊ ad christianos: ⁊ p̄ feruorē quē habebat ad iudaismū ibi.
(Et proficiebam ⁊c.) Dicit ḡ. Dico qz nō accepi ab homi-
ne ⁊ hoc ante conuersionem meam: quod patet ex factis
illius temporis ⁊ ex odio quod habebam ad fidem. Nam
vossi ipsi audistis. in fra eodem. Tantum autem audituz ha-
bebant ⁊c. Conuersionem meam aliquando duz infide-
lis eram in iudaismo quo iudaice viuebam. Et dicit meā:
quia hoc quod male facimus ex nobis est: ex deo autem
quicquid boni facimus. Osce. 13^o. Ex te perditio tua israel
ex me auxilium tuum. Istud scilicet audistis: quoniam su-
pra modum: scilicet aliozum: quia non solum per se: sed p̄-
uocabat principes ad hoc. Aly enim forte a principibus i-
ducti persequebantur: sed iste eos inducebat. Actuum. 9^o.
Saulus adhuc spirans minarum ⁊c. Accessit ⁊c. Et quia
non solum in hierusalem: sed etiam per totam regionem.
Unde accepit litteras in damascuz ⁊c. Unde de eo potest
intelligi illud quod dicitur Gen. 49^o. Benjamin lupus ra-
pax ⁊c. Persecutus sum eccliaz dei. s. inquirendo christia-

nos et fugando. p^a 1^a Cor. 15. Non sum dignus vocari apostolus etc. Et expugnabam illam non quidem spiritualiter: quia corda fidelium non poteram a fide auertere: sed corporaliter affligendo eos penis corporalibus et ponendo in carcere. Act. 13. 9. Nonne hic est qui etc. ps. Sepe expugnauerunt me etc. Sic ergo per odium quod habebat ad fidem christi: ante conversionem. s. quod non accepit euangelium ab homine. p³ hoc etiam per amorem et feruorem celi quem habuit ad iudaismum: et hoc quantum ad perfectum exteriorum. Unde dicit. Et proficiebam etc. Ubi tria ponit que exprimitur perfectus magnitudinem: quia supra multos non paucos proficiebat: non supra senes ineptos ad perfectum scilicet: sed coetaneos adulescentes acutos et aptos ad perfectum. Treu. 3. Bonum est viro cuius portauerit iugum ab adulescentia sua. Item non supra coetaneos extraneos quasi ignote lingue: sed illos qui sunt in genere meo. s. iudeorum. Act. 22. Ego sum vir iudeus secus pedes gamalielis eruditus etc. Item quantum ad ceelum interiorum quem habebat ad legem. Et ideo dicit. Abundantius pre alijs emulator existens non solum legis: sed patrum meorum traditionum. s. quas habet iudei licitas: quas boni patres addiderunt: ut dicitur in S. lo. quas quidem traditiones vocat suas: quia ita reputabat eas ac si sue fuissent. Phil. 3. Secundum legem phariseus secundum emulationem persequens etc. Sed quod est super hoc quod dicit S. lo. Boni patres addiderunt. Videtur quod non fuerint boni: quia Deut. 4. dicitur. Non addetis ad verbum quod ego loquor vobis etc. Ergo fecerunt contra mandatum domini: addentes traditiones: et sic non fuerunt boni. Dicendum est quod verbum illud domini intelligendum est non addetis aliquid contrarium seu extraneum vobis que ego loquor etc. Addere autem aliqua que non sunt contraria licuit eis. s. aliquos dies solenes et alia similia sicut factum est tempore mardochei et tempore Judith in memoriam beneficiorum que a deo recipiebant. Contra. Mat. 15. Dominus reprehendit eos dicens. Irritum fecistis mandatum domini propter traditiones hominum. Non ergo sunt licite traditiones. Contra. R. deo. dicendum est quod non arguuntur quod tenent traditiones hominum: sed quia propter traditiones hominum dimittunt mandata dei.

Lectio. III.

Tam autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris mee et vocauit per gratiam suam ut reuelaret filium suum in me ut euangelizarem illum in gentibus:

continuo non acquieui carni et sanguini. Neque enim veni hierosolymam ad antecessores meos apostolos: sed abi in arabiam et iterum reuersus sum damascum.

Postquam autem apostolus ostendit quod ipse non accepit ab homine euangelium ante suam conversionem: nunc hic probat quod non accepit ipsum ab homine post conversionem suam. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod non recepit euangelium ab homine tempore conversionis sue. Secundo quod nec etiam post conversionem suam ibi. (Deinde post annos tres etc.) Circa primum duo facit. Quia primo ostendit quod non accepit euangelium ab apostolis neque didicit. Secundo quod non ab alijs fidelibus ibi. (Sed abi in arabiam etc.) Circa primum duo facit. Primo ostendit causam efficietem sue conversionis. Secundo finem ibi. (Ut reuelaret etc.) Tertio modum ibi. (Continuo non acquieui etc.) Circa primum notat causam sue conversionis que duplex est. s. beneplacitus dei: quod est diuina electio et conuertentis vocatio. Quantum ad primum dicit. Tu autem placuit. s. deo non quando volui ego sed quando placitum fuit sibi: quia non est volentis neque currentis etc. ut dicitur 1^a Ro. 9. ps. Beneplacitum est domino etc. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis etc. Qui. s. deus meus. s. rebellis. p^a 1^a Cor. 15. Ego sum minister apostolorum etc. quoniam persecutus sum etc. Act. 9. Saulus

adhuc spirans minarum etc. Persecutor etc. Act. 9. Saulus saule quid me persequeris etc. Blasphemum. p^a 1^a Th. 1. Qui sui blasphemus etc. Me tale inquam segregauit de utero matris mee. Uel ad istam. Qui secum me nasci ex ventre matris mee. Et vere dicitur deus segregare ex utero licet sit opus nature que est quasi instrumentum dei: quia opera etiam nostra operatus est in nobis etc. Sic et effectus principali agenti attribuitur. Ideo dicitur Job. 10. Pelle et carnibus vestisti me etc. Et ab hoc utero segregatus est ad iustificationem: quia eiusdem est iustificare cuius est condere. ps. De ventre matris mee etc. Uel ex utero matris mee. s. synagoge: cuius uterus est collegium phariseorum qui nutriebant alios in iudaismo. Mat. 23. Liruitis mare et aridas ut faciatis etc. Sic ergo mater sua fuit synagoga. Lanti. p. filij matris mee pugnaverunt contra me etc. Uterus eius sunt pharisei. Ex hoc ergo utero est segregatus per spiritum sanctum ad fidem euangelij. Roma. 1. Segregatus in euangelium dei. Uel mater sua est ecclesia christi. Uterus eius collegium apostolorum. Segregauit ergo deus ipsum ab utero ecclesie. s. a collegio apostolorum in officium apostolatus et predicationis ad gentes: quando dixit apostolis. Act. 13. Segregate mihi barnabam et paulum etc. Uocat autem synagogam matrem suam: quia phariseus erat quasi magnus in ea: duos vero phariseus et ex phariseis: quia zelator legis erat. supra. Abundantius autem emulator etc. Quantum autem ad aliam causam dicit. Et vocauit etc. Est autem duplex vocatio. Una est exterior et sic dicitur vocauit me ex celesti voce. Act. 9. Saule saule quid me persequeris etc. Uade in ciuitatem etc. sic etiam alios apostolos vocauit. Alia est interior: et sic vocauit per quedam instinctus interiorum quo deus per gratiam tangit cor ut conuertatur ad ipsum: et sic vocauit a matris via in bona: et hoc per gratiam suam non nostris meritis. Ro. 8. Quos predestinavit hos et vocauit etc. Esa. 45. Suscitauit eos ad iusticiam etc. Amos. 5. Qui vocat aquas maris etc. Si nis autem conversionis ponit cum dicit. ut reuelaret filium etc. Qui quidem finis est christus. Ordinat autem conversio sua ad christum dupliciter. s. facto et sic dicit. Ut reuelaret filium suum. i. in eo quod circa me fecit conuertendo me et dimittendo peccata mihi reuelaret quanta sit mihi facta misericordia. p^a 1^a Th. 1. Christus iesus venit in hunc mundum propter saluos facere etc. Sed ideo misericordia dei consecutus suus: quia ignorans etc. Sic greuelauit in eius conversione filium suum: et hoc in quantum filius dei gratia dei. Item reuelauit eum in eius operatione. Ubi dicebat ipse. Ro. 15. Non enim audeo aliquid loqui quod per me non effectus christus in obedientiam gentium: in verbo factis et veritate etc. Et hoc in quantum filius verus est dei. Item reuelauit eum in eius predicatione. Ubi ipse. p^a 1^a Cor. 1. dicebat. Nos predicamus etc. Usque ad diuinitatem. Et hoc in quantum filius eius dicitur dei sapientia. Item ordinat ad christum sua conversio verbo. Et sic dicit. Ut euangelizarem illum in gentibus: quia alijs apostolis euangelizantibus christum iudeis: paulus de mandato domini iuit ad gentes conuertendas. Esa. 49. Parum enim est mihi ut sis mihi frater etc. vade te illic etc. Act. 13. Sic enim precepit etc. infra. Esa. 55. Ecce testem populis dedi eum. ducet ac preceptorum gentibus. Modus autem sue reuelationis est perfectus et quantum ad effectum. Ubi dicit. Continuo non acquieui carni et sanguini. i. statim ita perfecte fui conuersus quod ois carnalis affectus recessit a me. Ecc. 1. Saule est enim in oculis domini subito honestare pauperem. Et accipitur hic caro et sanguis per vitium carnalium. p^a 1^a Cor. 15. Caro et sanguis regnum dei non possidebunt etc. infra. 5. Caro concupiscit etc. Uel per affectum et amorem ad carnalem sibi coniunctos. Mat. 16. Caro et sanguis non reuelauit tibi etc. Sic apostolus veritas superauit et suos iudeos contempsit. Item quantum ad intellectum: quia ita fuit instructus a christo quod non fuit ei necesse instrui ab apostolis. Et ideo dicit. Nec veni hierosolymam: ut. s. ab eis instruerer. Item non fuit necesse instrui ab alijs fidelibus

Ad galathas

Et ideo dicit. Sed ab in arabia etc. Quasi dicat. Non iui ad loca ubi erant alij fideles vt me instrueret: sed iui in arabia ubi non erant edocti in fide: sed infideles: et reuersus sum damascum. s. ad parietes. Job. 38. Quis dedit vebementissimi ymbri cursum etc. Et contra dicit Act. 9. Et dimiserunt eum de muro per sportam etc. Lum autem venisset hierolim tentabat se iungere discipulis. Venit ergo hierolim. Dicitur autem quod venit: sed non vt instrueret. Vel melius dicendum est quod non statim venit: sed post aliquod tempus. Et ideo sequitur. Deinde post annos tres etc. **Lectio. V.**

Deinde post annos tres veni hierosolymam videre petrum: et mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem nisi iacobum fratrem domini. Que autem scribo vobis ecce coram deo quod non mentior. Deinde veni in partes syrie et cilicie. Erat autem ignotus facie ecclesijs iudee que erant in christo. Tantum autem auditum habebat: quoniam qui persequabatur nos aliquando: nunc euangelizat fidem quaz aliquando expugnabat. et in me clarificabant deum.

Postquam superius apostolus ostendit se non accepisse euangelium ab homine ante conversionem suam: nec tempore sue conversionis hic probat quod nec etiam post conversionem accepit ipsum ab homine. sed potius hic ostendit quomodo doctrina sua fuit ab hominibus approbata. Et circa hoc duo facit. Primo enim manifestat quomodo doctrina sua fuit ab apostolis approbata. Secundo ostendit qualiter fuit approbata ab alijs fidelibus ibi. Deinde veni in partes etc. Et primo narrat factum. Secundo confirmat veritatem dicti ibi. (Ecce coram deo etc.) Dicit ergo licet non iueris ad apostolos vt instruerer ab eis circa principium mee conversionis: quia iam eram instructus a christo. tamen ex affectu charitatis compulsum post annos tres. s. conversionis mee veni hierosolimam: quoniam iam diu desideravi videre petrum: non vt discerem ab eo: sed vt visitarem eum. Job. 5. Visitas spiritum tuum etc. Et mansi apud eum diebus quindecim: quod numerus iste componitur ex octo et septem. Octonarius autem est numerus noui testamenti in quo expectatur octava resurgenti. Septenarius autem est numerus veteris testamenti: quod celebrat certum diem. Mansit autem apud petrum diebus quindecim: scilicet cum eo de mysterijs veteris testamenti et noui. Et ne credatur quod licet sit instructus a petro esset tamen etiam instructus ab alijs subdit quod nec ab alijs fuit instructus. Unde dicit. Alium autem apostolorum a quo instruerer vidi neminem. id est nullum nisi iacobum fratrem domini. Illius enim vidit in hierolim. Circa istum iacobum sciendum est quod iste fuit episcopus hierosolymorum: et fuit vocatus iacobus minor eo quod vocatus fuerat post iacobum alium. Dicunt autem multa de isto. Act. 15. Ipse etiam fecit epistolam canonicam. Quare autem dicatur frater domini: a diuersis diuersimode dicitur. Eluidius enim dicit quod idem frater domini: quod fuit filius beate virginis. Dicit enim quod beata virgo christum concepit et peperit. et post partum christi concepit de ioseph et peperit alios filios. Sed hic error est damnatus et reprobatus. Item per se falsus: quia iacobus non fuit filius ioseph sed alpheus. Alij vero dicunt quod ioseph ante beatam virginem habuit aliam uxorem. de qua habuit filium iacobum et alios: qua mortua accepit in uxorem beatam virginem de qua natus est christus: non tamen cognita a ioseph: sed per spiritum sanctum: vt in euangelio dicitur. Quod ergo ex parte noiantur cognationes et ioseph putabatur pater christi. ideo iste iacobus licet non fuit filius virginis tamen vocabatur frater domini. Sed hoc est falsus: quia si dominus mater virginem noluit nisi virgini commedare custodiendam quomodo sustinuisset sponsum eius

virginem non fuisse et sic perstitisse. Idem alij dicunt et in Hios. tamen quod iacobus iste fuit filius marie cleophe que fuit soror virginis. Dicitur enim quod Anna mater beate virginis nupsit primo iacobum ex quo peperit maria mater domini. quo mortuo nupsit cleophe fratri iacobum ex quo peperit maria cleophe. et ex hac natus est iacobus minor iudas et symon. quo mortuo dicitur quod nupsit adhuc cuidam tertio quod vocatus est salome. ex quo concepit et peperit aliam mariam que dicta est salome. et de hac natus est iacobus maior et iohannes frater eius. Sed huic opinioni dupliciter dicitur Ieronimus. Primo quod salome non est nomen viri vt etiam in greco apparet sed est nomen mulieris que fuit soror beate virginis et ex sebedeo genuit iacobum maiorem et iohannem: sicut maria cleophe ex alpheo genuit iacobum minorem iudam et symonem. Dicitur autem frater domini iste iacobus spiritualiter iter alios suos cognationes: et hoc propter duo. Primo propter similitudinem effigiei: quia similis erat christo in facie. Et propter similitudinem vite: quia imitabatur christum in moribus. Vel quia alpheus pater eius fuit de cognatione ioseph. Et idem quod iudei cognationis linea texere solent a maribus et christus putabatur filius ioseph: vt dicitur Luc. 3. Ideo specialiter dicitur esse frater domini: et non alij qui solum ex matre coniuncti erant ei. Accipit autem hic frater cognatione. Nam in scriptura fratres aliquando dicuntur natura. Mat. 23. Iacob autem genuit iudas et fratres eius. Cognatione: sicut omnes consanguinei sunt fratres. Gen. 13. Ne queso sit iurgium inter te et me. fratres enim sumus. Hete. et sic omnes lingue dicuntur fratres. Deutero. 17. Non poteris alterius gentis hominem regem facere quod non sit frater tuus. Affectu et sic omnes amici et qui habent eundem affectum dicuntur fratres. 2. Cor. 12. Ego quod non inueni titum fratrem meum etc. Religionem. et sic omnes christiani qui habent unam regulam vite dicuntur fratres. Mat. 23. Fratres estis etc. ps. Ecce quod bonum et quod iocundum habitare fratres in unum etc. Littere autem omnes homines dicuntur fratres: quod ab uno deo gubernati et educati. Malach. 2. Nunquid non vnus est pater oium nrum etc.

Consequenter cum dicit. (Que autem dico vobis etc.) Confirmat per iuramentum quod dixerat. Quasi. d. Ea que nunc scribo vobis de me ecce in manifesto sunt. quod non mentior. Et hoc dico coram deo. i. teste deo. Jurat autem hic apostolus non ex leuitate: sed ex necessitate istorum quibus necium erat vt crederent. Nisi enim hoc faceret non crederet ei. 2. Cor. 1. Coram deo in christo loquimur. Roman. 9. Testis est mihi deus etc. Quid ergo dicit dominus. Sit fimo vester est. non non. quod amplius est a malo est. Dominus est: quod est a malo eius qui non credit vel a malo pene quo cogitur quis iurare.

Consequenter cum dicit. (Deinde veni etc.) Ostendit quomodo fuit approbatus ab alijs ecclesijs iudee. Ubi tria facit. Primo ostendit ubi fuit conversatus quod in cilicia. Unde dicit. Deinde veni in partes syrie et cilicie. s. prius deinde etiam fuit natus: quod dicitur Act. 22. Erat autem paulus a tharso cilicie etc. Secundo quomodo fuit cognitus ab eis: quod non facie sed auditu tamen et fama. Unde dicit. Erat enim ignotus facie ecclesijs iudee que erant in christo. id est in fide christi. 2. Cor. 6. Sicut qui ignoti et cogniti. Unde patet quod ecclesie iudee non docuerunt me. Tantum enim auditum habebat. s. de me per famam: quoniam qui persequabatur nos etc. Tertio quomodo approbatus est ab eis: quod in me glorificabant deum. id est in mea conversione magnificum probabant qui gratia sua me conuertit. Esa. 43. Glorificabit me bestia etc. **CAP. II.**

Deinde post annos quattuordecim iterum ascendi hierosolimam cum barnaba assumpto et tito. Ascendi autem semper reuelationem et contuli eum illis euangelium quod predicabo in gen